

## X.

## Miscellen.

## 1. Urfunde über den Bau der Weserbrücke bei Hameln.

Mitgetheilt vom Archivar Dr. Doebner.

Papst Bonifaz IX. ertheilt für Beisteuern zur Vollendung und baulichen Instandhaltung der Weserbrücke bei Hameln Ablass. Rom, 1391, Juni 3.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera pietatis inducimus, tanto salubrius eorum animarum statui providemus. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii proconsules, consules et universitas opidi Hamelen Mindensis diocesis super flumine Wysera nuncupato, quod prope muros ipsius opidi labitur quodque ad ipsum opidum declinantes ac de illo recedentes pro tempore de diversis mundi partibus homines utriusque sexus continue habet necessario pertransire, ad evitanda pericula, que alias transeuntibus ipsis possent verisimiliter imminere, ut quandoque hactenus imminebant, quendam pontem lapideum construere inceperint opere non mediocriter sumptuoso illumque perficere ac perpetuo conservare proponant, ad quod tamen proprie non suppetant facultates ipsorum, sintque fidelium suffragia ad perfectionem pontis et conservationem easdem plurimum oportuna, nos, qui libenter Christifidelium periculis obviamus et eorum necessitatibus subvenimus, cupientes, quod pons hujusmodi perficiatur pariter et conservetur, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente in remissionem vobis peccaminum nichilominus injungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis ad perfectionem et conservationem hujusmodi pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram hujusmodi pons prefatus construi valeat et etiam conservari, ut per hec et alia